

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque  
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis  
secularium Confessariis**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agrippinae, 1663**

Ordinati habeant testimonium Ordinis suscepti ab Episcopo Ordinatore,  
numer. 4.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9994**

ni criminis sectator, sed vitâ & exemplo  
suo pietatis & cultus Dei apud alios spe-  
retur zelator; quo casu ad (a) primam  
tonsuram, minores ordines atque sim-  
plex beneficium Ecclesiasticum , per  
Archiepiscopalem nostram dispensa-  
tionem : ad Sacros verò Ordines & alia  
beneficia Ecclesiastica non nisi per dis-  
pensationem Sedis Apostolicæ poterit  
promoveri, quare is dispensationem  
ejusmodi super defectu natalium in  
scriptis habeat, priusquam ad Clerica-  
lem tonsuram se præsentet, alioquin ab  
illa repellendus.

c. inter dilectos, de excess. Prælat. c. propo-  
siti, dist. 82. c. si gens Anglorum , dist. 56..  
(a) c. i. de filiis Presbyt. in 6..

Ordinati habeant testimonium ordinis  
suscepti ab Episcopo Ordinatore..

IV. Ne quis fingat se esse in aliquo  
ordine, in quo non sit, singuli tam Re-  
gulares etiam ordinum mendicantium,

A. §                  quam

quām seculares docebunt de prima tonsura, & ordinibus susceptis testimonio Episcopi Ordinatoris per literas (quæ formatæ vulgo dicuntur) à Scriba seu Notario ipsius Episcopi subscriptas, & sigillo ejusdem Episcopi communatas, antequam ad altiorem ordinem admittantur.

*Statuta Henrici Archiep. Colon. cap. 9.  
pag. 102. Conc. Provinciale Colon. sub Her-  
manno V. parte I. c. 31.*

*Requisita in eo, qui Clericali tonsurā  
initiari cupit.*

V. Primā tonsurā nemo initietur, nisi sit origine vel domicilio Diæcelanus nostèr Coloniensis, baptizatus, Sacri Chrismatis unctione confirmatus, de legitimo toro, ex Catholicis parentibus, & ut minimum septem annos natus, fidei Catholicæ rudimenta edoctus, legendi & scribendi, etiam linguae Latinæ jactis fundamentis, peritus, coram Nobis,